



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Decretum De Reformatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

plici lectione, Couar. lib. 1. Vari. c. 10. Nau. in Man. cap. 22. n. 8. Angles in floribus Theologicis part. 1. de Confirm. Marc. Ant. lib. 9. inst. maiorum tit. 7. de Sac. Cōfirm. Pet. Gregor. Syntagm. lib. 2. cap. 15. Card. Bellarm. lib. vnic. de Sac. Confirm. P. Henriq. in sum. lib. 3. Vival. in Candelabro aureo de Sacram. tit. de Confirm. Petr. Ledef. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Confirm. P. Egidi. de Conink. de Sacram. & ceatur.

supra Sess. 6.

c. 2. & infra

Sess. 12. cap. 1.

infra Sess.

11. de refer.

c. 21.

Sess. 22. c. 2.

plm exigitur

d. pars 1. c. 3.

constit. eius.

sed lib. 1. De-

cretali. m. 6.

c. 7. c. cum in

c. 11. de k-

lect.

Vide post

finem hu-

ius libri.

c. c. cum in

sanctis. §. cū

vero, c. sicut.

de excess.

pralat.

Conc. Chal.

ensis. cap. 10.

c. 1. & 2. 21.

q. 1. c. sancto-

rums 70. dist.

c. vno. 10. q.

2. c. quis in

sanctum c.

ad hoc & c.

de multis. de

prab. c. quia

nonnulli. de

mag. c. cum

singula. de

prab. in 6.

clom. gratia.

de refer. c.

exceab. §.

qui verò in

extrinsec.

com. de prab.

de infra Sess.

24. c. 17. de

refer.

q. 72. P. Valeri. Regim. in praxi fori pœn. lib. 28.

β CANON I. Vide P. Henriq. in sum. lib. 1. c. 3. §. 2. & lib. 3. c. 1.

§. 2. Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. c. 2. q. 3. art. 2. vers. Verior itaq; o-

pinio, P. Valer. Reginald. d. lib. 28. n. 28. Petr. Ledef. in sum. p. 1. tract. de

Sacram. Confirm. cap. 1. concl. 2.

γ CANON II. Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. c. 2. q. 3.

art. 2. vers. Verior itaq; opinio, & lib. 3. c. 1. q. vnic. art. 2. vers. De Con-

firm. Petr. Ledef. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Confir. c. 5. concl. 2.

δ CANON III. Concordat text. in cap. Manus, de con. dist. 5.

Vide Cou. lib. 1. Vari. c. 10. n. 6. & 14. P. Henriq. in sum. lib. 3. c. 6. Card.

Bellarm. de Confirm. cap. 12. Bald. Iunium super opera controverf.

Bellarm. p. 2. lib. 2. cap. 6. prope finem, vers. Catholici omnes, P. Egidi.

de Sacram. q. 72. num. 97. & num. 105. Petr. Ledef. in sum. p. 1. tract. de

Sacram. Conf. c. 9.

## DECRETVM DE REFOR- MATIONE.

**E** Adem sacrosancta Synodus, a eisdem Præsidentibus & Legatis, inceptum residentia & reformationis negotium ad Dei laudem, & Christianæ religionis incrementum profequi intendens, vt sequitur statuendum censuit, *b* salua semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate.

### CAPVT I.

*Quis capax regiminis Ecclesiarum Cathedralium.*

**A**D Cathedralium & Ecclesiarum regimen nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate maturæ grauitate morum, & litterarumq; scientia, iuxta constitutionem Alexandri Tertij, quæ incipit, *d* Cùm in sanctis, Concilio Lateranensi promulgatam, præditus as-

sumatur.

REMIS-

## REMISSIONES.

**V**ide Pet. Led. in sum. 2. p. tract. 32. cap. 3. *del estado de los Obispos,*  
concl. 10.

**β** *Nisi ex legitimo matrimonio natus* ] An procedat in legitimitate per  
subsequens matrimonium? Affirmat Pereg de fideicom. art. 24. n. 12.  
P. Soar. tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 5. n. 10. P. Azor. inst. Moral. p. 2.  
li. 2. c. 14. q. 14. & hanc partem sequutus est doctissimus, & omni xuo  
memorandus præceptor meus D. Anton. Homen. in Comibricensi  
Academia Iuris Pontificij primarius, & in Cathedrali Ecclesia Co-  
nimbr. Doctoralis Canonicus, in eleganti & nunquam satis laudato  
commentario ad tit. Qui filij sint legitimi, in Decret. super c. 1. verbo  
ante desponsationem, n. 9. vers. Tertio ex dictis constat.

**γ** *Et aetate matura* ] Vide P. Henric. in sum. p. 2. lib. 4. c. 9. in princ.  
vers. Ad Episcopatum iure requiritur ætas quadraginta annorum;  
P. Azor. inst. Moral. p. 2. lib. 6. c. 5. in princip. Fr. Ludou. Miranda de  
ordine iudic. q. 4. art. 2. concl. 3. P. Less. de iustit. lib. 2. c. 34. num. 107.  
P. Valer. Regin. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 163. vers.  
Primo.

**δ** *Literarumq; scientia.* ] Vide P. Henric. in sum. p. 2. lib. 14. c. 8. §. 1.  
vers. Gradus, P. Azor. inst. Moral. p. 2. lib. 3. c. 28. q. 9. Pet. Alphons. de  
Vasconcellos in harm. Rubricarum in Rub. de ætate, & qualitat. tit. 4.  
P. Valer. Regin. d. li. 30. tract. 3. n. 171. vers. Occurrit.

## CAPVT II.

*Tenentes plures Cathedrales Ecclesias iubentur omnes ex-  
cepta vna dimittere, certo modo &  
tempore.*

**N**emo, quacumq; etiam dignitate, gradu, aut præ-  
minencia præfulgens, plures Metropolitanas seu  
Cathedrales Ecclesias in titulum, seu commendam, aut  
alio quouis nomine, *β* contra a sacrorum Canonum institu-  
*ta*, recipere & simul retinere præsumat: cum valde felix  
ille censendus, cui *γ* vnam Ecclesiam bene ac fructuosè; &  
cum animarum sibi commissarum salute regere contige-  
rit. Quiautem plures Ecclesias contra præsentis decre-  
ti tenorem nunc derinent, vna, quam maluerint, re-  
tenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis

*a Sub Innoc  
III. 2. Luce-  
ran. c. 29. ubi  
quorund. alibus  
dispensab.  
sur.*

34 *Concil. Triad. cum Declarat. & Remiss.*  
Apostolicæ dispositionem pertineant, alias infra annum  
dimittere teneantur: alioquin Ecclesiæ ipsæ, vltimò ob-  
tenta dumtaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.

#### REMISSIONES.

¶ *V*ide latè, & eleganter P. Azor. inst. Mor. p. 2. lib. 6. c. 13. à princ.  
P. Lessi. de Iustit. lib. 2. c. 34. n. 138.  
¶ *Contra sacrorum Canonum.*] Concordat text. in c. Sancto-  
rum 70. dist.  
¶ *Cui unam Ecclesiam bene, &c.*] Vide Nau. de Orat. c. 22. nu. 22.

#### CAPVT III.

*Habilibus tantum personis conferantur beneficia.*

¶ *I*nferiora beneficia Ecclesiastica, præsertim curam ani-  
marum habentia, i *Personis dignis & habilibus*, & quæ  
in loco residere, ac 2 *per se ipsos* curam ipsam exercere vale-  
ant, y *iuxta constitutionem Alexandri III.* in Lateranensi, qua  
incipit, a *Quia nonnulli*, & aliam Gregor. X. in generali  
Lugdunensi Concilio, quæ incipit, b *Licet Canon*, editam  
conferantur. d *aliter autem facta collatio siue prouisio omnino ir-*  
*ritetur*: & Ordinarius collator pœnas constitutionis Con-  
cilij generalis, quæ incipit, \* *Graue nimis*, se nouerit incur-  
surum.

a par. 1. c. 15.  
c. quia non-  
nulli, de cler.  
non resid.  
b c. licet Ca-  
non, de Elec.  
in 6. Decret.  
cap. 4. c.  
graue nimis  
de prob.  
\* Vide post  
eum hu-  
ius libri.

#### DECLARATIONES.

1 *Personis dignis.*] Stante penuria Sacerdotum idoneorum, Episco-  
pus prouideat beneficijs ea ratione, qua potest, meliori.  
2 *Per se ipsos curam.*] Parochus, si eo morbi genere teneatur, vt ad  
functionem sui Sacerdotij, aut ad res diuinas per se obeundas mini-  
mè idoneus esse videatur, non tenetur durante illo morbi genere, sa-  
cris ordinibus se initiari facere.

#### REMISSIONES.

¶ *V*ide Nau. ad cap. Si quando, de Rescrip. except. 17. & Miscel.  
34. de orat. P. Valer. Regiu. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3.  
à num. 174.  
¶ *Personis dignis, & habilibus.*] In hoc Lusitanæ Regno extant plu-  
res Summorum Pontificum constitutiones, quibus statuant, ac de-  
cernunt, ne aliqua collatio seu prouisio de beneficijs Ecclesiasticis di-  
stinctioni Apost. reservatis, vel affectis, in hoc Regno vacanteib. præ-  
sertim

sertim in Cathedralibus Ecclesijs existentibus personis, ex Hebræorū genere, seu stirpe descendentibus fiat; & prima constitutio data fuit à Pio V. Summo Pontif die 20. Ianuarij, an. 1588. Altera à Clem. VIII. die 18. Octob. anno Domini 1600. vbi ampliavit huiusmodi prohibitionem habere locum in canonicarib. præbendis, ac dignitatib. Cathedralium, & in principalibus dignitatibus Collegiarum Ecclesiarum, in Parochialibus, ac eorum perpetuis, cæterisq; Ecclesiasticis beneficijs curam animarum habentibus. Nouissimè S. D. N. Paulus V. Sum. Pont. die 17. Ianuar. ann. Dom. 1612. per aliam constitutionem supradictas declarauit habere locum tam in secularibus, quam in cuiusvis Ordinis regularibus Ecclesijs, ita vt ex Hebræorum genere, seu stirpe descendentes, sub quouis prætextu curam animarum Vicariæ etiam amouibilis, exercere prohibeantur.

*γ* Iuxta constitutionem Alexan. III. Hæc constitutio habetur in c. quia nonnulli de Cleri. non resid. Vide P. Val. Regin. in praxi fori pen. lib. 32. tract. 2. n. 62.

*δ* Aliter autem facta collatio, siue prouisio omninò irritetur. Vide Fr. Emman. qu. Reg. tom. 2. q. 52. art. 5.

CAPVT IV.

Plurium beneficiorum retentor contra Canones, vs careret, nisi &c.

*1* **Q** Vicumq; de cætero 2 Plura curata, a aut aliàs 3 incompatibilia beneficia Ecclesiastica, 4 *γ* siue per viam vnionis ad vitam, *δ* seu commenda perpetua, aut alio quocumq; nomine, & titulo, cõtra formam sacrorum canonum, & præsertim constitutionis Innocent. III. quæ incipit, *b* De multa, recipere ac simul retinere præsumperit, beneficijs ipsius *ζ* iuxta ipsius constitutionis dispositionem, *η* ipso iure, etiam præsentis Canonis vigore, priuatus existat.

*a* Infr. Sess. 24. de refor. c. 17.

*b* Supr. c. 2. c. de multa. de præb. aff. c. 29. in Concil. Lat. 2. Vide post finem huius libri.

DECLARATIONES.

*1* *Quicumque de cætero.* Possidentes beneficia circa dispositionem huius c. ex præsumpta dispensatione in qua fundatur Regula de Triennali, se tueri non possunt, quia non habet locum contra hoc Decretum, & Capitulum 17. sess. 24. de Ref. ita vt suam prouisionem tueri valeant.

De Parochialibus Ecclesijs quæ residentiam personalem requirunt, & inter se incompatibiles sunt, vna tantum potest, per hoc Decretum, retineri. Quoad alia verò beneficia residentiam requirètia, non residentes, distributiones eas percipere non debent quæ propter seruitium cul-

cultus diuini assignata sunt: non tamen procedendum est ad priuationem dictorum beneficiorum, si ea cum legitimis dispensationibus obtinuerint, quia de his in futurum tantum statuit Concilium, dummodo in vno illorum resideat, vbi magis est necessaria residentia.

2 *Plura curata.* ] Congregatio censuit posse obtineri dignitatem Parochialem cum mero curato.

3 *Incompatibilia beneficia.* ] Parochiales Ecclesie sunt incompatibiles cum beneficijs, in quibus assignata sunt distributiones quotidianae, quas amittere debent ij qui a diuinis sunt absentes. Quod de incompatibilibus beneficijs dicitur, idem intelligendum est de omnibus beneficijs residentiam requirentibus, quae aliquis post publicationem Concilij receperit, veluti, duos Canonicatus, vel Canonicatum cum parochiali.

An qui obtinent Dignitates in Cathedrali Ecclesia quarum praebendae sunt admodum tenues, nec ad quotidianas distributiones, personaliter diuinis laudibus, cum alijs in Choro (etiamsi inseruiant) admittuntur, possint vacante Parochiali intra ciuitatem, eius curam habere, seruata in reliquis forma Concilij, vid. si digni, & idonei in examine per concursum reperiantur: Congregatio censuit posse; expectandum tamen, donec vacet parochialis aliqua huiusmodi, tuncque Episcopum debere S. D. N. consulere, & veros redditus Dignitatis & Parochialis exprimere.

Scribantur literae Archiepiscopo Valentiniensi, vt Hierony. Bodio obtinenti parochialem in ciuitate, & Canonicatum in Cathedrali si possit vtrique commodè inseruire) desinat molestiam exhibere.

Hoc incompatibilitatis Decretum procedit etiam in illis, qui post Concil. Tridentin. recipiunt duos Canonicatus, & retinent sine dispensatione Sedis Apostol. secus si ante Concilium, etiamsi ab Ordinario collatio facta sit.

Capellania & Monasterium quorum fructus tenues sunt, sunt incompatibilia beneficia, nec possunt retineri sub eodem tecto sine dispensatione Apostolica. *Supra hoc c. §. Incompatibilia.*

Capellania, quae habet onus celebrandi certas missas, & coadiuandae in cura animarum Ecclesie plebanatus, est beneficium incompatibile cum alio beneficio curato, vel alias personalem residentiam requirente, & licet eius Rector non subiciatur c. Licet Canon, *de Elect. in sexto.* tamen comprehenditur sub Decret. Concil. Trident. loquendo de beneficijs, non tamen curatorum, residentia.

Habenti Dignitatem tenuem in Ecclesia Cathedrali, quique distributionibus quotidianis non participet, Ecclesia parochialis inconsulto Romano Pontif. conferri non debet. *super hoc c. §.* An qui obtinent

4 *Suo per viam unionis.* ] Decretum hoc obseruandum est in ijs tantum Dignitatibus & Canonicatibus quibus a principio condicta

fuit cura animarum, non autem si ab initio illis cura annexa non esset, sed postea, ut aiunt, ex post facto.

An hoc decretum habeat locum in duabus parochiis quarum altera unita est beneficio simplici, vel dignitati? Congregatio censuit non habere locum, si parochialis unita est perpetuo & accessorie; unde hoc decreto non obstante dicendum est quod utraque parochialis talis poterit retineri, si modò utramque legitime ante obtinuerat.

Dignitates plures quibus à principio fuit coniuncta cura animarum, sunt incompatibiles: si verò eis ex post facto coniuncta fuit, possunt cum legitima dispensatione ante Concilium Tridentinum obtentâ retineri.

## R E M I S S I O N E S.

\* Vide Nau. conf. 34. de præbend. P. Azori. inst. moral. p. 2. lib. 6. c. 13. cum sequentibus. Nicol. Garci. de benefic. p. 11. cap. 5. §. 2. num. 282. cum seqq. Flamin. de Resignationib. lib. 3. q. 1. num. 121. cum seqq. Prosper. de Augustino in addit. ad summam bullarum, verbo Beneficiorum resignatio, causa 9. Card. Thuse. lit. B. concl. 64. & 66. Achil. de Grassi decif. 1. & 2. de Elect. Aloyf. Ricci. in collect. decif. p. 3. collect. 474.

β. *Plura curata, aut aliâ incompatibilia beneficia Ecclesiastica.* ] Decisum fuisse procedere in requirentibus residentiam, ut sunt duo Canonici cum parochiali, testantur Gonzal. ad reg. 8. Cancel. Gloss. 15. num. 16. Nicol. Garci. de Benefic. p. 11. cap. 5. num. 79. cum multis seqq.

γ. *Sive per viam unionis.* ] Vide Quintanad. lib. 1. Ecclesiast. c. 4. nu. 12. & cap. 7. num. 6. & lib. 4. temp. 8. nu. 46. Flamin. de Resignationib. lib. 12. q. 3. num. 46. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. Gloss. 5. §. 7. nu. 146. Nicol. de Benefic. p. 11. c. 5. num. 219.

δ. *Seu commenda perpetua.* ] Vide Hoied. de incompat. benefic. p. 1. ca. 14. à num. 16. Flamin. de Resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 110. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. Gloss. 5. §. 8. à princip. & num. 20. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. in summa bullarum, verbo Beneficiorum resignationes, vers. 9. Causa ibi, secundò limita; P. Azori. instir. moral. p. 2. lib. 6. cap. 10. quæst. 11. vers. Verum dubiæ, ubi resoluit nec duo beneficia commendata in perpetuum, nec vnum iure tituli, alterum commendatum in perpetuum, posse simul haberi sine iuris relaxatione, quando alioquin sunt beneficia ipso iure incompatibilia, vide eund. Azori. d. lib. 6. cap. 13. quæst. 3. Sayr. decif. 31. de præbend. quæm refert Aloyf. Ricci. in collect. decif. p. 3. collect. 474. in medio.

<sup>a</sup> Quocumq; nomine. ] Vide Nau. de Oratione c. 22. num. 75.  
<sup>z</sup> Iuxta ipsius constitutionis dispositionem. ] Vide Nicol. Garci. de Benefic. p. II. cap. 5. à num. 91.  
<sup>7</sup> Ipso iure etiam præsentis canonis vigore priuatus existat. ] Quatuor tempora ante Conc. Trid. distinguunt Gonzal. ad reg. 8. Cæcel. Gloss. 15. à num. 9. cum seqq. Hoied. de incompatib. benefic. p. I. cap. 7. num. 7. P. Azori. inst. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 13. q. 1. Nicol. Garci. p. II. cap. 5. à num. 1.

## CAPVT V.

Qui plura beneficia obtinent exhibeant suas dispensationes:  
 Per competentes Vicarios rectè cura animarum agatur: Beneficia suis obsequiis minimè fraudentur.

**O**rdinarij locorum quoscumq; plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districtè compellant; & aliàs procedant iuxta constitutionem Gregorij X. in generali Lugdunensi Concilio editam, quæ incipit, *Ordinarij*; quam eadem sancta Synodus innouandam censer, & innouat; addens insuper, quòd ipsi Ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis obsequiis minimè defraudentur: appellationibus, priuilegijs, exemptionibus quibuscumque, etiam cum iudicij specialium deputatione, \* & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

alib. 6. decret.  
 de off. Ord.  
 inarii. c. 3.  
 inf. c. 17. &  
 supra Sess. 6.  
 de reform.  
 cap. 2. in fin.

\* Vide post  
 finem hu-  
 ius libri.

## DECLARATIONES.

1. *Idoneorum Vicariorum deputationem.* ] Deputatio Vicariorum habet locum in omnibus beneficijs incompatilibus, nõ autem in curatis casu quo ea obtinentes, eis non inferre tenentur.  
 2. *Beneficia ipsa debitis obsequiis minimè defraudentur.* ] In hoc Decreto & præcedenti, Capellæ & Canonicius & alia beneficia non curata, requirunt residentiam, (si tamen alias sint incompatibilia) comprehenduntur.

Per hoc decretum non permittitur Ordinarijs visitare Ecclesias Regularium. Nec temporis longitudo obstat huic decreto, quia ab Episcopo compelli possunt, ad dispensationes exhibendas, & illorum titulos ostendendos.

Sub-



Subcollectores, & alij officiales Sedis Apostolicæ minime comprehenduntur, neque quoad ostensionem titularum, sub hoc Decreto, nisi beneficia ad Episcopi Jurisdictionem spectarent, veluti si essent membra S. Antonij Viennensis, vel aliorum. Sic è contrario illi qui obtinent duo vel plura beneficia cum dispensatione legitima, ante Concil. Tridentinum obtenta, requirentia personale residentiam, tenentur residere in illo in quo magis est necessarium; nec ideo possunt alterutro priuari: amittunt tamen distributiones quotidianas eius beneficij cuius ministerio non inserviunt.

Congregatio censuit nihil innouandum in beneficijs simplicibus, (quæ etiam Clericatus nuncupantur,) in Ecclesijs parochialibus vel alibi constitutis, quorum fructibus possessores gaudent, nullum seruitium, nec per seipos, nec per substitutos illis Ecclesijs præstando, quibus dicti clericatus subsunt, vt possint cogi vel per seipos vel per alios in habitu Clericali manu-tenerè, qui illis Ecclesijs inserviant. Et licet c. 3. sess. 21. præsupponat, quod omnia beneficia sint ad cultum diuinum atq; ad Ecclesiastica munera obeunda instituta; iuxta c. ult. de Rescrip. lib. 6. si tamen tanto tempore possessores talium beneficiorum non sunt coacti ad aliquid istorum, nec apparet quod & ad quid certum sint obligati, satisfacere videbuntur si dicunt horas Canonicas. Vnde si beneficia illa non requirunt residentiam, nõ debent cogi per substitutum deseruire: exemplo illius Canonici, qui causa studiorum non residet, nec enim tenetur ad substitutum. Abb. in c. Licet, de prob.

## R E M I S S I O N E S.

\* Vide Aloyc. Ricci. in collect. decif. p. 5. col. 607.

## C A P V T VI.

*Beneficiorum vniones valida censeantur, quæ debeant irrita declarari post examen factum ab Ordinario.*

\* Vniones perpetuæ, a 1 β à quadraginta annis citra factæ, & examinari ab Ordinarijs, tanquã à Sede Apostolica delegatis, possint: & quæ per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, 2 irrita declarentur. Illæ verò, quæ à dicto tempore citra concessæ nondum in toto vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuius-

*a* Vide Sess. 24. c. 1. de Refor. in p. Sess. 24. de Refor. c. 13. & Sess. 25. de 35. or. 2. y.

uis instantiam fient, nisi eas ex legitimis aut aliis rationabilibus causis, coram loci Ordinario *d. vocatis*, quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ præsumantur: ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.

---

D E C L A R A T I O N E S.

1 *A quadraginta annis citra facta.* ] Non datur potestas per Concilium Tridentinum examinandi, & reuicendi vniones, quæ per 40. annos ante confirmationem decretorum eiusdem Concilij factæ fuerunt. Quæ vero post quadraginta annos factæ sunt. Episcopo reuicere volenti ostendi omnino debent.

Per hoc decretum non excluduntur Ordinarij, quo minus vniones reuicere possint in casibus, quibus licet de iure communi etiam ultra 40. annos.

2 *Irrite declarentur.* ] Vniones perpetuæ à 40. annis, à publicatione Concil. Tridentini computandæ, debent ab Ordinariis examinari, & irritæ declarari.

---

R E M I S S I O N E S.

**V**ide Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo vnio, verf. Ad sextum, & verbo visitatio, verf. Decimum dubium, Flores variar. qu. lib. 3. qu. 23. nu. 50.

3 *A quadraginta annis citra facta.* ] Sacra Cardinalium congregatio ita censuit. Duæ Parochiæ, quæ per cõsuetudinem, quæ per quadraginta annos vigerit, tanquam vnitæ cum semper sine collatione collatæ fuerint, earum sic possessor non est molestandus, & tempus quadraginta annorum currit à publicatione Concilij, refert Zerol. d. verbo vnio, verf. Ad sextum.

7 *Examinari ab Ordinariis, &c.* ] Quomodo probetur vnio, & eam probandam quod tempus requiratur? Vide Rebuff. in sua praxi benefic. lib. 1. tit. de vnionib. benefic. à num. 34. Flores Vari. lib. 1. qu. 10. nu. 19. Mascard. de Probat. concl. 179. & concl. 586. & concl. 1413. Menoch. de præsump. li. 6. q. 80. latissimè Nicol. Garci. de benefic. p. 12. c. 2. nu. 225. cum seqq.

*d. Vocatis quorum interest.* ] Vide Matthæ. Soar. in pract. & ordin. visitandi c. 6. nu. 5.

## CAPVT VII.

*Beneficia ecclesiastica vnita visitentur: Per Vicarios etiam perpetuos cura exerceatur: deputatio ipsorum Vicariorum fiat cum portione assignanda etiam super recerta, non obstantibus, &c.*

**B**eneficia ecclesiastica curata, a quæ Cathedralibus, <sup>a Infr. sess. 14 de ref. c. 9.</sup> Collegiatis, <sup>3</sup> seu aliis ecclesiis, <sup>4</sup> y vel monasteriis, beneficijs, seu collegijs, aut pijs locis quibuscumque perpetuò vnita & annexa reperiuntur, ab Ordinarijs locorum annis singulis visitentur, <sup>b</sup> qui sollicitè providere procurent, <sup>c</sup> vt <sup>d</sup> e <sup>e</sup> per idoneos vicarios, etiam perpetuos, <sup>6</sup> nisi ipsi <sup>e. 26. de ref.</sup> Ordinarijs pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, <sup>7</sup> portione, etiam <sup>8</sup> super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur: appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minimè suffragantibus.

## DECLARATIONES.

<sup>1</sup> *Beneficia ecclesiastica curata.* ] Congregatio Concilij censuit Episcopum posse visitare ecclesias parochiales vnitas monasterio Canonicorum Regularium, si Generalis in eo sedem ordinariam principalem non habeat: Et si Canonici regulares, qui præficiuntur de consensu & mandato suorum Superiorum, ecclesijs vnitis monasterijs suis, delictum commiserint non concernens animarum curam aut Sacramentorum administrationem, à suis tantum superioribus Regularibus punientur.

<sup>2</sup> *Collegiatis.* ] Ordinarius tam ex auctoritate Concil. Tridentini, quam ex Bulla Pij Quinti, quæ incipit *Ad exequendum*, publicata Kal. Nouembr. 1567. de Vicarijs perpetuis, habet facultatem creandi  
Vica-

Vicarios perpetuos in parochialibus Ecclesijs vnitis collegiata Ecclesijs: & Vicarij siue perpetui, siue temporanei sint, debent ab eodem ordinario examinari & approbari.

3 *Sen alijs Ecclesijs.* ] Episcopus debet constituere Vicarium perpetuum, siue temporalem in Prioratu, cui cura animarum incumbit.

4 *Vel Monasterijs.* ] In monasterijs ab ipsorum primæua fundatione curatis non possunt deputari Vicarij isti, sed seruandum est cap. 11. Sess. 25. de Regul. iuxta quod exercentes curam sint ab ipso Ordinario approbati: secus si parochiales essent Monasterijs vnita: eo enim casu possunt deputari tales vicarij.

Si Ecclesijs sint curatę & vnita Monasterijs, possunt Episcopi Ordinarij locorum visitare eas, & in eis Vicarios perpetuos siue temporaneos constituere, secundum dispositionem Concil. Tridentini hoc capite. Si autem Ecclesijs huiusmodi sitę sint in loco ipsorum Monasteriorum, eisque imminet cura animarum, posse Episcop. visitare personas exercentes in eis curam ipsarum animarum, iuxta tamen illam formam, quam præscripsit Concilium Tridentinum c. 11. sess. 25. de Reg.

Ergo in parochialibus vnitis Monasterijs deputari possunt Vicarij perpetui, nisi essent in loco in quo ipsa monasteria, quo casu seruandum est præfatum Decretum cap. 11. sessionis vigesimę quintę, de Regularium reformatione.

Concessum tamen fuit aliquando ex gratia à Gregor. XIII. vt etiam in parochialibus Monasterio vnitis non deputaretur Vicarij, sed vt aliquis ex Regularibus (ab Episcopo tamen approbatus) curam animarum exercere posset, dummodo secum haberet focium ordinis eiusdem: imò Monachi non possunt prohiberi, quo minus curam exerceant animarum.

5 *Per Vicarios etiam perpetuos.* ] Vicarij perpetui non possunt constitui absque erectione tituli Vicarię: nõ obstante Bulla Pij V. & hoc Decreto. Non tamen prohibetur, quo minus cura animarum exerceri possit per Vicarium amouibilem, vt sess. 21. c. 7. de Reform. dummodo sit certum, cui particulariter incumbat, vt dicitur c. 13. sess. 24.

Cõgregatio censuit nominationem Vicariorum, ad beneficiatos pertinere, nec nõ ad eos, ad quos beneficia vnita spectant. sic etiam Pius V. dicta Bulla; addens tamen, Ordinarij, vel eius Vicarij præiudice examine approbationem necessariam esse.

Ex dicta Bulla Pij V. Kalend. Nouembr. nominatio Vicariorum etiam perpetuorum spectat ad Ecclesias seu loca, quibus dictę Parochiales sunt vnita.

Ad dictam nominationem faciendam poterit Episcopus præfixere terminum decem dierum.

Per dictã Bullam non inhibetur, quo minus Vicarij perpetui possint institui, ex declaratione Congregationis Concilij.

6 *Nisi ipsis Ordinarijs.* ] Sicut potest dispensari cum senibus, infra

his, ac decrepitis, ita & eorum Ecclesijs (quæ personale residentiam requirunt) ab idoneis perpetuisq; Vicarijs inseruiatur. Item cum ijs, qui propter Monialium, vel hospitalium curam, in Ecclesijs, quas in mensibus obtinent, non facile possunt residere, seruandum est Decretum c. 1. de Reform. Sess. 23. quo Decreto non amplius id permittitur, quod in isto casu relictum erat sub Paulo III. arbitrio Ordinariorum, sed non imponitur necessitas residendi.

7 *Portione.* In constituenda mercede pro inferuentibus aliorum beneficijs curatis, obseruari debet Concil. Trid. Decreta. Quæ autem sic ista portio, declarat Bulla Pij V. licet ad terminos Concilij fuerit redacta, in reuocatione priuilegiorum Mendicantibus cõcellorum Bulla superius citata. Et si hæc Bulla Pij V. fuit reuocata, ex ea aliqua, vt supra notata.

Licet supra dicta Bulla fuerit reuocata per Bullam Gregor. XIII. Kalend. Martij, ann. 1. sub titulo, *Reductio literarum felicissimæ recordationis Pij Pap. V. pro mendicantibus*, postea tamen suo ore idem Gregor. illam Pij V. reualidauit.

Ex fructus Parochiæ vnitz Monasterio detrahenda est merces Vicarij, qui ei inseruit, & non ex fructibus monasterij. Et quidem si non apparent certi redditus harum Parochialium, censuit Concilij Congregatio, cogendos esse religiosos ad assignandum de suo scuto 30. dictis Vicarijs: nisi ipsi clarè & euidenter probent, dictas Parochiales nullos profus habuisse redditus, quando fuerunt Ecclesiæ suis locis prædictis vnitz.

8 *Super certa re assignanda.* Incerta, de quibus in Bulla, Ordinarij taxabunt.

In Ecclesijs curatis, vnitis monasterijs, possunt Episcopi Ordinarij locorum visitationem facere, & ponere in eis Vicarios perpetuos vel temporaneos, iuxta dispositionem huius Decreti, prout eis expedire videbitur. Si verò huiusmodi Ecclesiæ curatæ sunt positæ in loco ipsorum Monasteriorum, eiq; imminet cura animarum, possunt Episcopi visitare personas exercentes in eis curam animarum, iuxta tamen illam formam, quam præscripsit Concilium c. 11. Sess. 23. de Reg. Sup. §. 5. *Ecclesia.*

In Parochialibus autem militiæ S. Ioannis Hierosolymitani, seruandum est Breue sanctæ memoriæ Pij V. editum 12. Septembr. 1571. Pontificatus sui Anno 6.

Sanctissimus Dominus noster, Gregor. XIII. non habet pro reuocata Bullam Pij V. de Vicarijs perpetuis, cõ hac limitatione, *in fauorem Monasterij*, vt Episcopus ad nominationem Monachorum deputet vnum ex ipsis præuio examine approbatum, & ad nutum ipsorum amouibilem, & eum Vicario sic deputato debet habitare vnus duntaxat alius Monachus, ne plures extra claustrum maneant. Sed non ita censendum; si vellent deputate Capellanum secularem, ad nutum amouibilem: hoc enim pertinet ad Episcopum.

REMIS-

## REMISSIONES.

**V**ide Stephan. Quarant. in summa bullarij, verbo, Vicarius perpetuus, Matthæ. Soares in practica, & ordine visitandi. c. 3. n. r. § Ad declarationem portionum assignandarum vicarijs perpetuis parochialium pijs locis perpetuò vnitarum, emanauit constitutio fœlicis record. Pij V. Romæ publicata die 15. Nouemb. 1567. incip. Ad exequendum, quæ constitutio est hodie seruanda, pro vt testatur Gonzal. ad reg. 8. cancel. gl. 5. § 3. nu. 79.

*Vel monasterijs.* Si beneficium, aut parochia vniatur monasterio exempto, etiam alienæ diœcesis, an visitetur ab Episcopo loci? Affirmat P. Henric. in sum. p. 1. li. 7. c. 15. §. 4. lit. I.

*Ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos.* Quòd Vicarius perpetuus non potest cõstitui sine titulo vicariæ, resoluit Zerol. in praxi Episc. p. 2. verbo Vicarius, pag. 112.

§ An Episcopo competat institutio Vicarij, & monasterio, cui est vnita parochialis præsentatio? Affirmant, attestantes sacram Cardinalium congregationem censuisse, Gonzal. ad reg. 8. cancel. gl. 5. § 3. num. 50. & num. 60. Floref. Vari. lib. 1. q. 10. num. 26. vbi resoluit nominationem Vicariorum ad nulum amouibilem pertinere ad Prælatum, siue Prælaturam monasterij, cui beneficium vnitum est, & Episcopus solû debet approbare, & admittere, & licentiam administrandi Sacramenta dare: quando beneficium curatum est vnitum monasterio Mendicantium, aut Monachorum Regularium, quòd Prælatus possit ei seruire per Monachum, aut Fratrem ad nulum amouibilem, qui quidem debebit approbari, & examinari ab Episcopo, nisi Abbas, vel Abbatisa habeant iurisdictionem Episcopalem, respondisse sacram Card. Congregationem, asserit Floref. d. q. 10. num. 24. & 26. in fin.

§ An Vicarius ad nulum amouibilis possit amoueri ante finem annu seruitij? Negant Reb. in praxi benefic. lib. 2. tit. de dispens. de non resid. nu. 18. & tom. 3. ad leges Galliæ tit. de materijs possel. in benefic. art. 9. gl. vnic. in præfa. Floref. Vari. li. 1. q. 10. nu. 34. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 58. nu. 19. Steph. Grat. dilect. Forensium c. 167. nu. 22. cum seqq.

## CAPVT VIII.

*Ecclesia reparentur: cura animarum sollicitè habeatur, non obstantibus, &c.*

*a Infr. Sess. 24. de ref. c. 9. & sess. 21. c. 2.* **L**ocorum Ordinarij ecclesias quascunque, a quomolibet exemptas, auctoritate Apostolica singulis an-

his viſitare teneantur, & opportunitis iuris remedijs pro-  
 videre, vt, quæ reparatione indigent, reparentur; & *2. cura* Concil. Arcl,  
c. 17.  
*animarum*, ſi qua illis immineat, alijsque debitis obſequijs  
 minimè deſraudentur: appellationibus, 3 *privilegijs*, con-  
 ſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis,  
 iudicum deputacionibus, 3 *illorum inhibitionibus* peni-  
 tus excluſis.

DECLARATIONES.

*Quomodo libet exemptas.*] Episcopus viſitat Eccleſias exemptas,  
 etiam inferioribus Prælatiſ ſubiectas.

Episcopum viſitare Eccleſias, quas Abbas S. Benedicti in eius Dio-  
 ceſi ſitas habet, Congregatio cenſuit poſſe ex hoc Decreto, ſi modò  
 in eis cura animarum exerceatur per ſacerdotes ſeculares.

Episcopum viſitare poteſt Eccleſias Dioceſis, Caſtri, vbi Moniales  
 præſtudent habere Iuriſdictionem ſpiritualem à tempore imme-  
 morabili viſitandi per deputatos, etiam eligendo Episcopum extra-  
 neum, Confirmationem & Ordines conferendi gratia, ac alia Pontifi-  
 cialia exercendi etiam in uiro Episcopo loci: Congregatio enim ita  
 iudicauit, & cenſuit Episcopum poſſe viſitare eas eccleſias, ex facultate  
 ſibi attributa à Concil. hoc capite.

Episcopum poteſt viſitare omnes parochiales ſuæ dioceſis, in qui-  
 bus ſunt Sacerdotes ſeculares, licet Eccleſiæ ſint Regularibus ſubiectæ.  
 Etiam ſi Monasteria Religionum præſtenderent habere Iuriſdictionem  
 ſpiritualem immutabilem, in locis, vbi dictæ Eccleſiæ ſunt  
 vnitæ.

Episcopum non habet ius viſitandi ſacellum, vel altare, quod cura  
 caret animarum, & membrum ſit Religionis S. Antonij Viennensis.  
 Congregatio tamen cenſuit hoc non habere locum in Eccleſijs Regularium,  
 vbi à Regularibus inferuitur, & in terminis ca. 11. ſeſſ. 25. de  
 Regul. vbi excipiuntur Abbates generales, & Capita Ordinum. ſed  
 limita, hiſi per Regulares inferuiant.

Episcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, habent poteſtatem  
 viſitandi omnes ſuæ Dioceſis Eccleſias Collegiatas, eis tamen re-  
 manente ſaluo iure in petitorio.

*Cura animarum.*] Etiam ſi Eccleſiæ ſunt Regularium, tamen tunc  
 ab Ordinarijs viſitari debent, quando cura exerceatur per Sacerdotes  
 ſeculares. Comprehenduntur enim Eccleſiæ ſeculares, tamen ſi ad  
 Regulares illæ pertineant, & ab eis dependeant, dummodo per ſeculares  
 illis deſeruiatur. Non autè comprehenduntur Monasteria &  
 Eccleſiæ ipſorum Regularium. hæc procedunt, quando Eccleſiæ ſunt  
 in Dioceſi. *Idem ſup. §. Episcopus poteſt.*

*Privilegijs & consuetudinibus.*] Quod adderetur sententia, & privilegium, An illis videatur Concilium hic derogare? Congregatio censuit negatiue, quia cum hoc capite faciat diuersas derogationes, non videtur alijs ab eo expressis derogare, & ita Rota in vna Legionensis Iurisdictionis.

Archidiaconus Mercurij die 13. Nouemb. 1587. coram R. D. Blanchetto firmat dictam Decisionem, videlicet vt hic Concilium non comprehendat casus per sententias determinatos, idemq; confirmat Rota 2. Decembr. 1585. vt Concilium non tollat sententias & res iudicatas, vt infr. c. 20. vers. *ad hoc* sess. 4.

Vbi Equites Hierosolymitani habent Iurisdictionem spiritualement & temporalem, ibi Ordinarij se non interponant ad visitandum, vide Bullam Pij V. *Pastoralis officij*, die 22. Septembr. 1571. Item Equites Hierosolymitani, quatenus beneficia curata non obtinent, non possunt ab Ordinarijs visitari.

Lucensis Collegiata S. Michaelis Iuris patronatus, exempta à fundatione & dotatione, visitari potest ab Ordinario, sed tanquam Apostolicæ Sedis delegato.

Parochiales Ecclesiæ vniuersæ Monasterijs, etiam ijs quæ sunt Capituli Ordinum, ab Ordinarijs visitari debent.

Regulares inseruientes de licentia suorum superiorum beneficijs simplicibus, quæ sunt tamen membra Monasteriorum seu Religionis, non poterunt visitari ab Ordinarijs, nec comprehenduntur sub Decreto cap. 14. Sess. 7. de Reform. Idem infr. huius sess. c. 14. §. *Ad Regulares*.

Qui pacificè per triennium beneficium aliquod possedit, non tenetur ostendere titulum, vel docere de titulo.

Episcopus visitare volens non potest vti suspectus recusari, nec vlla allegatione suspicionis impediri, quo minus potest extra ordinaria, quæ morum correctionem & emendationem respiciat, visitatos afficere possit.

#### REMISSIONES.

Vide Fr. Rmman. qu. Reg. tom. 1. qu. 36. art. 3. Zerol. in praxi Episcopi. verbo Visitatio, p. 341. p. 1. & verbo Exemptus, p. 2. P. A. 20. instit. moral. p. 2. li. 3. c. 40. col. 356.

§ *Et illorum inhibitionibus penitus exclusis*] Sacra Cardinalium congregatio censuit non posse Episcopum in visitatione recusari tanquam suspectum, dum tamen in ea processum non compilet, & intra visitationis terminos contineat referunt Thom. Val. tom. 1. allegat. anris alleg. 70. num. 7. Cür. Philip. p. 1. §. 7. numer. 10.



CAPVT IX.

Breue est, non summatur.

AD maiores Ecclesias promoti a minus consecra-  
tionis infra tempus a iure statutum suscipiant: &  
protogationes ultra sex menses concessæ nulli suffragen-  
tur. a Sess. 13. c. 4. c. quoniam  
quidam  
dist. 100.

REMISSIONES.

Vide Syluest. verbo Consecrat. Prælatorum, Zerol. in prax. Epi-  
scop. part. 1. verbo Consecrat. Prælatorum, pag. 89.

CAPVT X.

Sede vacante Capitula nulli dent reuerendas nisi arctato occasione  
obtinendi aut obtenti beneficij ecclesiastici: pena varia  
contra varios contraueniētes.

1. Non liceat Capitulis ecclesiarum, a 2. Sede vacante, in-  
fra annum a die vacationis, 3. ordinandi licentiam,  
aut litteras dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant,  
tam ex iuris communis dispositione, quàm etiam cuius-  
uis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui bene-  
ficij ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione *β* *γ* *δ*  
arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, *b* Capitulum  
contraueniens ecclesiastico subiaceat interdicto: *e* *ε* sic  
ordinati, si in minoribus 4. *ζ* ordinibus constituti fuerint,  
nullo *η* priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, *θ* gau-  
deant: in maioribus verò, ab executione Ordinum,  
*ι* ad beneplacitum futuri Prælati, sint  
ipso iure suspensi.

DECLA-

## DECLARATIONES.

1. *Non liceat Capitulis.* ] Capitulo Canonicorum non licet concedere dimissorias ex Decreto Concil. Trident. Sess. 23. cap. 10. etiam si territorium habeat distinctum & exemptum ob immemorabilem possessionem, & sint Iudices Ordinarij. Ita responsum fuit Episcopo Salmonensi die 7. Jul. 1575.

Præposito Ecclesiæ vel loci multò minus licet concedere literas dimissorias. Ita à Cardinalibus Congregationis decifum fuit contra Cardinalem Medices, Præpositum terræ Prati.

Congregatio Concilij censuit anno 1586. die Mart. Concil. Provinciale statuere non posse, vt Capitula non dimittant ordinandos ad alios, quam ad comprouinciales Episcopos, nisi id fiat ex rationabili causa, pro correctione videlicet provinciarum.

Infra annum, Sedis vacantis Capitulum literas dimissorias, & facultatem ordinandi in Ecclesia vacante concedere non potest. Sic ipsius Concilium Tridentinum.

Fuit dubitatum, An Concilium provinciale possit restringere potestatem Capitulis hic tributam, ita scilicet, vt non concedant post annum literas dimissorias ordinandis ad titulum patrimonij vel pensionem? Responsum fuit in hoc re seruandum esse c. 2. Sess. 21. de Reform. quod docet, obtinentes patrimonium, vel pensionem, non esse promouendos, nisi Episcopus pro necessitate, vel commoditate suorum Ecclesiarum iudicauerit eos assumendos esse.

2. *Sede vacante.* ] Capitulum Sede vacante potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesia, & ordines conferendi, tam Clericis illius Diocesis, quam exteris habitantibus dimissorias suorum Episcoporum, iuxta tamen formatum huius Decreti.

3. *Ordinandi licentiam.* ] Congregatio censuit textum hunc non comprehendere primam tonsuram.

4. *In minoribus ordinibus constituti, &c.* ] non tamen suspenduntur. *Supr. ad Sess. 6. c. 5. Capitulum.*

Dubitatum fuit; An Episcopo existente heretico, facultas concedendi dimissorias iuxta hoc cap. pertineat ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ? Secundo. An eo casu, quo Capitulum concedere potest dimissorias, si Canonici propter hæreses dispersi sunt, & nequeant conuenire sine difficultate, sufficiat habere literas dimissorias, ab aliquo ex Canonicis Cathedralis Ecclesiæ? Tertio. An omnino sufficiat, sine dimissorijs adire, pro suscipiendis ordinibus, vicinior Episcopum seu Metropolitanum? Ad primum Congregatio censuit, & anno 1588. respondit, ad Capitulum pertinere, si Episcopus sit notorie hereticus. Ad secundum, sufficere habere dimissorias a residen-

ibus Capitularibus, etiamsi vnus dūtaxat resideret. Ad tertium, uōd  
adendum, neq; viciniorem, neq; Metropolitanum, sed ad eundem  
Sedem Apostolicam.

REMISSIONES.

**V**ide Zerol. in praxi Epif. p. i. verbo Capitulum, in princ. p. 83.  
P. Henric. in sum. p. 2. li. 10. c. 22. §. 3. Sayr. decif. 63. de tempo-  
rib. ord. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Ord. cap. 8.  
concl. 3. Quarant. in summa bullarj, verbo Capitulum Sede vacante,  
verf. Decimo quarto, vbi ampliat dispositionem huius text. etiamli  
Capitulum haberet territorium distinctum & exemptum ob imme-  
morialem possessionem, & sint iudices Ordinarij: ampliat etiam pro-  
cedere in literis dimissorijs ad primam tonsuram, de quo etiam vide  
Rebuff. in praxi benef. tit. de deuolut. n. 67. Ioan. Aloyf. Ricci. in de-  
cif. Curie Archiepif. Neapol. 23.

**β** *Arctatus non fuerit.* Ad arctatus beneficijs tam habitjs, quam ha-  
bendis, possit Capitulum Sede vacante per Vicarium ab eo electum,  
intra annum literas dimissorias concedere? Affirmant Zerol. in praxi  
Epif. p. i. verbo Capitulum, in prin. verf. Secundum, Quarant. d. verf.  
Decimo quarto, in fin. Ioan. Aloyf. d. dec. 30.

**γ** An literæ dimissoriæ ad ordines concessæ à Capitulo expirent  
per ingressum moderni Epif. Negant Gonzal. ad reg. 8. cancel. gl. 12.  
in princ. nu. 37. Petr. Ledes. d. tract. de Sacram. Ord. c. 8. concl. 4. Qua-  
rant. d. verb. Capitulum Sede vacante, verf. Secundo dubitatur, Gu-  
tier. Can. lib. 2. c. 17. nu. 12. vbi consultit ordinarijs, vti si tempore  
præsentationis dictarum literarum coram eis sciuerint nouum Præ-  
latum atq; successorem possessionem eiusdem Episcopatus cepisse,  
vel in Episcopatu adesse, illas non admittant, nisi revalidata, vel no-  
uiter à successore concessæ productæ fuerint, vel ab eius Officiali ad  
id speciale mandatum habente.

**δ** An dimissoriæ expirent morte Episcopi concedentis? Negant  
Nau. in c. placuit, n. 163. de pœn. dist. 6. & conf. 49. de temp. ord. in an-  
tiq. P. Henric. in sum. lib. 10. de Sacram. Ord. c. 22. in fi. Quarant. &  
Gonzal. vbi proximè, Sayr. decif. 52. de temporibus ordinat.

**ε** *Et sic ordinati, &c.* Vide P. Henric. in sum. p. 2. li. 13. c. 38. §. 2. lit. C.  
Quarant. in summa Bullarj, verbo Ordo, verf. Secundo limita, pag.  
377. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. iuris allegat. 45. nu. 19. & 20.

**ζ** *Si in minoribus ordinibus constituti fuerint, &c.* Quod hic sit su-  
spensus quoad se, & per consequens ei non possit conferri benefi-  
cium, resoluunt Nauarr. lit. consil. tit. de temporib. ord. in pñori edit.  
conf. 19. in posteriori tamen conf. 28. Flamin. de Resign. l. 4. q. 2. n. 58.  
**η** *Clericali privilegio.* Præsertim in criminalibus intelligit Cardin.  
Tolet. in sum. de Sacerdot. l. 1. c. 49. verf. Secunda, Thom. Valasc. d. al-  
leg. 45. n. 20.

o *Gaudemus.*] Hoc verbum esse futuri temporis, & per illud non infligi ipso iure poenam, resoluit nostrum tex. allegans Nau. d. cons. 19. quem refert P. Sanc. de Matrim. lib. 7. disp. 46. nu. 18. Sayr. decif. 21. de temp. ordinat.

\* *Ad beneplacitum futuri Pralati.*] Impedimentum hoc perpetuum non esse, sed temporale, donec scilicet aliud placeat futuro successor, tenet Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. verbo sine licentia vers. Has autem dimissorias. P. Soar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 20. Petr. de Ledesm. tract. de Sacram. Ordin. cap. 8. concl. 3. Et quod potest Episcopus ratificare ordines, quos accepit eius subditus; absque suis literis dimissorijs, contra Rebuff. in praxi Benefic. tit. de formul. lit. dimissor. nu. 9. resoluit Fr. Emman. in sum. p. 2. c. 14. quim. 13.

## CAPVT XI.

*Aliquorum facultates de promouendo continere debent expressam causam ob quam alienum accedere debeant Episcopum.*

**F**acultates de promouendo à quocumque, non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à proprijs Episcopis ordinari non possint, in litteris exprimentam; & tunc non ordinantur, nisi ab Episcopo in sua diocesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prauo examine.

## DECLARATIONES.

i *Facultates de promouendo à quocumque.*] An qui facultatem à Sede Apostolica obtinuit, ut possit ordinari ab alio, quam à suo Ordinario, debeat nihilominus probitatem suam & mores Ordinarij sui testimonio probare? Cōgregatio censuit debere: prout & signatoria gratiæ S. D. N. iam dudum solita est in huiusmodi facultatibus ponere clausulam illam, *(de licentia Ordinarij.)*

\* *Et diligenti prauo examine.*] Episcopus qui à sua Diocesi abest, debet subditos suos non aliter quam probatos & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittere: sicut & suas literas dimissorias dare & ordinandos subijcere suo examini, si ita sibi videbitur: & si absentes sint, ad se, ut ipsos examinet, & certare, si commo- dum erit alio.

alioquin eorum examen committere poterit Ordinario loci, in quo illi degunt.

REMISSIONES.

Et diligenti pratio examine. ] Vide Guttier. Canon. lib. 1. cap. 26. sum. 24.

CAPVT XII.

Breue est, non summat ur.

Facultates de non promouenda, a praterquam in casibus a iure expressis, concessa, ad annum tantum suffragentur. a. licet ead. non. de. cons. ex eo, de elec. in 6.

DECLARATIONES.

Facultates de non promouendo. ] Interim tamen, dum quis necdum est promotus, debet per Capellanum, missarum onera (ad qua tenentur) subire.

CAPVT XIII.

A quocunque presentati non instituantur nisi pratio examine Ordinarij & approbatione; exceptis certis.

Presentati, seu electi, vel nominati a quibusuis ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuncijs, a ß ad quauis ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmantur, neque admittantur, etiam prater cuiusuis priuilegij, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius a locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti. y d e Et nullus appellationis remedio se tueri possit, quo minus examen subire teneat.

teneatur. *a Presentatis* & tamen, electis, seu nominatis ab Universitatibus, seu Collegiis generalium Studiorum exceptis.

## DECLARATIONES.

1 *Instituuntur nec confirmantur.* ] Congregatio censuit hoc non procedere in Ecclesijs electiuis. Sed in beneficijs curatis, siue sine iuris patronatus, siue liberæ collationis, examen faciendum est ab Episcopo Ordinarijs, secundum dispositionem Concil. Trid. sess. 24. c. 18. & in quibusvis alijs beneficijs, ad quæ presentatio seu electio, vel ordinatio facienda sit à quibuscunq; alijs personis Ecclesiasticis, inferioribus Episcopo, prout statutum est à Concil. Trid. hic & sess. 24. cap. 9.

2 *A Locorum Ordinarijs examinati.* ] Obtinentes beneficia curam ab inferioribus collatoribus, debent ab Ordinarijs examinari, secus in beneficijs simplicibus ad predictos collatores inferiores pertinentibus. Hoc etiam procedit in beneficijs, quæ sunt de iure patronatus & simplicibus.

In beneficijs simplicibus quorum collatio libera pertinet ad inferiorem, non requiritur ista approbatio, quæ est facienda ab Episcopo in his beneficijs quorum institutio pertinet ad inferiores, ex cap. sess. 25. & presenti Decreto, velut etiam in ijs, quorum institutio pertinet ad Monasterium.

Observandum est quod ex hoc decreto, & d. c. 9. sess. 25. de Reformatione Episcopus potest possessores beneficiorum curatorum, siue simplicium de iure patronatus, compellere ad ostendendas eorum Bullas, si tamen beneficia post Concilium collata sunt, & declarare institutionem irritam & inanem esse, si ea absq; examine Episcopi facta sunt, ac compellere ad fructuum perceptorum restitutionem, ultra restitutionem. Sed si isti vellent examini iterum se subijcere, deberet eos admittere, & eadem etiam beneficia ipsis concedere, quatenus reparentur idonei. Et si institutio pertinet ad inferiorem, ita ut non dependant ab aliquo iure patronatus, quod per Concilium sublatum est cap. 9. sess. 25. de Reformatione, presentatio soli Episcopo facienda est ad effectum examinis duntaxat, non attempta etiam quacunque consuetudine immemorabili quæ in contrarium invaluerit, ut hic statutum est.

## REMISSIONES.

**A** *D quantum Ecclesiastica beneficia.* ] Quod in promissionibus faciendis de beneficijs ex causa permutationis non est necessarium novum examen, docet Flam. de Resign. l. 8. q. 9. n. 35.

¶ Sacra Cardin. Congregatio in hunc modum censuit. Si permutatio parochialis cū beneficio simplici corā Ordinario iure fieri potest, requiritur nouum examen quoad parochialem, sed absque cōcursu, & iterum. In permutationibus, quæ sūt de beneficio simplici, & curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est. refert iisdem verbis Garci. de Benef. p. 9. c. 2. nū. 162, cum seqq.

γ *A locorum Ordinarijs examinari.* ] Quod parochialis Ecclesia non possit conferri personæ notoriē doctæ, idoneæ, & bene meritæ absq; examine, tenent Flamin. de Refign. li. 8. q. 9. num. 8. & 9. Zerol. in praxi Episc. p. 2. verbo Doctor. §. 1. Prosper de Augustino in addit. ad Quarant. in summa Bullarij verbo Parochialium beneficiorum collat. q. 1. Marc. Anton. Genyens. in prax. Archiepisc. Curie Neap. c. 65. nū. 1. ad finem, P. Lessi. de Iustit. lib. 1. c. 37. nū. 82. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gl. 4. à nū. 86.

δ Sacra Cardinalium Congregatio in hunc modum censuit. Doctor, siue Licentiat. in Theologia, siue in iure Canonico, etiā in publica Vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit sibi prouideri de aliqua Ecclesia parochiali. refert Nicol. Garci. d. p. 9. c. 2. nū. 103.

ε *Et nullus appellationis remedio se tueri possit.* ] Vide Azcued. ad l. 1. nū. 4. tit. 19. li. 3. nouæ Recopil. Gonzal. ad reg. 8. cancel. gl. 9. §. 1. in annot. contra nullitates, nū. 184. vbi nū. 186. resoluit, quod a mala relatione, & grauamine examinatorum non tollitur appellatio.

ζ *Presentatis tamen electis.* ] Vide Cened. ad Decretum collect. 15. nū. 3. & 9.

## CAPVT XIV.

*Causa ciuiles exemptorum, clericorum secularium, & regularium degentium extra monasterium, videantur ab Episcopis vt deputatis à Sede Apostolica.*

¶ **I**n exemptorum causis constitutio Innocentij IV. quæ incipit, *a Volentes*, in Generali Concilio Lugdunen- si edita, seruetur; quam eadem sacrosancta Synod. inno- uandam censuit, & innouat; addendo insuper, quod in ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Clerici sæculares, *i aut regulares*, extra monasterium de- gentes, quomodolibet exempti, etiam si certum iudi- cium, à Sede Apostolica deputatum, in partibus habeant; in alijs

*a Lib. 6. de-  
cret. de pri-  
uileg. c. 1.  
Vide post. lib. 2.  
huius libr.  
infr. sess. 1. c. 6.  
de ref. c. 6.  
in fin.*

in alijs verò, si ipsum iudicem non habuerint,  $\beta$  coram locorum Ordinarijs, tamquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint: priuilegio, exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.

## DECLARATIONES.

$\gamma$  *Aus Regulares extra monaster. degentes.* ] Regulares inseruientes de licentia superiorum suorum beneficijs simplicibus, quæ sunt tamen membra Monasteriorum Religionis, non poterunt visitari ab Ordinarijs, nec comprehenduntur hoc Decreto. *Idem sup. sess. 7. c. 8. §. Regulares.*

## REMISSIONES.

$\alpha$  **V**ide Guttier. pract. lib. 3. q. 10. num. 2. Fr. Emman. qu. regul. tom. 1. q. 65. art. 5. & tom. 2. q. 2. art. 8. Nauar. comment. 2. de Regularib. n. 73. Choppin. dec. 361. p. 2. Aloyf. Ricc. in collect. decif. p. 3. collect. 503. vers. Tertius.  
 $\beta$  *Coram locorum Ordinarijs.* ] Vide Fr. Emman. d. tom. 2. quaest. 6. art. 6.

## CAPVT XV.

*Ordinarij curent, vt hospitalia quacunque etiam exempta a suis administratoribus fideliter gubernentur.*

$\alpha$  *Sess. 5. c. 1. & §.* **C**urent Ordinarij,  $\alpha$  vt hospitalia quæcumque à suis administratoribus, quocumque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis,  $\gamma$  fideliter & diligenter gubernentur, constitutionis Concilij Viennensis, quæ incipit,  $\beta$  Quia contingit, forma seruata. quam quidem constitutionem eadem sancta Synodus innouandam duxit, & innouat, cum derogationibus in ea contentis.

$\beta$  *Lib. 3. de Clem. de religioſis domib. c. 2. quia contingit. Crisost. ſeſſ. vlt. de ref. c. 2. Vide poſt finem huius libri.*

DECLA-



## DECLARATIONES.

**Fideliter & diligenter gubernentur.** ] Quoniam curare debent Episcopi, ut Hospitalia à suis administratoribus, quomodolibet exceptis diligenter ac fideliter gubernentur, dubium nō est quin illorum visitationem instituere debeant, ut per illā cognoscere possint, quæ facere debeant administratores Hospitalium, & Confraternitatum quorumcumque.

## REMISSIONES.

**V**ide Frat. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 63. art. 7. vers. Quinto, & q. 84. art. 2. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Hospitalis. n. 2. pag. 173. P. Azori. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 40. quest. 10. vers. Et sessione.

**β** Quod testator non potest prohibere, ne Episcopus se intromittat circa implementū, & executionem eorum, quæ ad pias causas relinquuntur, habetur in cap. Tua, de testam. & vide Zerol. ubi supra, Spin. in Speculo Testam. Gloss. 28. principali. nu. 20. Sarmi. lib. 1. Selectat. cap. 11. à num. 13. D. Marra de iurisdic. p. 4. casu 88. à num. 14. Soar. de Paz. in praxi, tom. 2. prælud. 2. num. 44. Bouadil. in sua Politica, lib. 2. cap. 17. num. 102. in fine, Valasc. conf. 105. num. 37.

*Indictio futura Sessionis.*

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decrevit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse die Iouis, feria quinta post sequentem Dominicam in Albis, quæ erit vigesima prima mensis Aprilis, præsentis anni 1547.

## BULLA FACULTATIS TRANSFERENDI CONCILII.

**R**AVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri, Ioanni Mariæ, Episcopo Prænestino, & dilectis filiis, Marcello tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero, ac Reginaldo S. Mariæ in Cosmedin Diacono, Cardinalibus, nostris,